HORATII CARPANI IVRISCONSVLTI

COMMENTARIA

ABSOLVTISSIMMA

IN ALTERAM IVRIS MVNICIPALIS PARTEM.

QVÆ NOVISSIMA DICITVR, NON MINORI, quam priora ſtudio elaborata.

CVM PRIVILEGIO.

ILLVSTRISSIMO DON IOANNI RODRIGVEZ de Salamanca, Senatori Regio, & Ticini Prætori æquiſſimo.

MEDIOLANI.

APVD IOANNEM BAPTISTAM BIDELLIVM. M. DC XVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

DIPLOMA LVDOVICI REGIS FRANCORVM SVPER APPROBATIONE, ET PVBLICATIONE STATVTI MEDIOLANENSIS IN VOLVMEN SECVNDVM EDITVM.

LVDOVICVS, Dei gratia, Francorum, Neapolis, & Hieruſalē Rex, ac Mediolani Dux, &c. Vniuerſis, & ſingulis præſentes noſtras inſpecturis ſalutem. Cum ab ipſa natura, ſimulque à conſuetudine quadam diuturna ita ſimus inſtituti, vt ad populorum noſtrorum vtilitatem, & commoda, cogitationes, conſiliaque noſtra omnia imprimis referenda eſſe cenſeamus, poſt recuperatum Mediolanenſe Dominium è nobis hæreditario iure pertinens, prætermiſsis multis, quæ ad inclytæ Vrbis noſtræ Mediolani decus, & tranquillitatem ſpectabant, domui, foriſque per nos accuratiſsime prouiſa; adiecimus quoque animum ad ea decernenda, inſtituenda, emendanda, vel ſtabilēda, quæ in iure reddendo exigi videbantur. Verum quia ob multiplicem rerū pondus immenſum deſiderio noſtro ipſi præſentes ſatisfacere nequimus, miſimus chariſsimum, & fidelem conſanguineum, & locū tenentem noſtrum generalē citra montes, d. Cardinalem de Ambaſia, longo rerum vſu, & ſapientia quam maxime præditum, cui æque, ac nobis ipſis, omni ex parte merito confidimus, vt ciuitatis, populique Mediolanenſis, quem merito clariſsimū habemus, amplitudinem, commoditates, & bene, pacificeque viuendi inſtituta, totis viribus procuraret. Is igitur inter alia, quæ prouiſionem exigere videbantur, aduertit ius municipale, id quod ſtatutarium appellatur, proximis annis partim correctum extitiſſe, partim vero emendatione adhuc indigere. Adhibitis propterea aliquibus tam Senatus noſtri quam Collegij Mediolanenſis Iuriſconſultis, Secretarioque & Cauſidicis peritiſsimis, & expertiſsimis, Ioanne Stephano, ſcilicet, Caſtillioneo, & Ambroſio Aliprando Senatoribus, Gabriele Mottino, Ant. Iudice, Iuriſconſultis, Iulio Cataneo Secretario, Io. Petro Cantuſio, Donato Boſsio, & Antonio Zunico Cauſidicis, dedit operam, vt ſecunda partibus municipalis iuris, quæ incorrecta reſtabat reformaretur. Quod opus in præſenti volumine contentum, vt prudenter ſummoque ſtudio, ac diligentia per ipſos Iuriſconſultos, Secretarium, & Cauſidicos caſtigatum extitit, ita & à præfato Cardinali hilari animo receptum, approbatumque fuit, moxq. ad bene dilectum, & fidelem Cancellarium noſtrum Stephanum Ponchere, cuius ingenio, doctrinæque ac probitati plurimum tribuimus, indeque ad Senatum noſtrum Mediolanenſem, cui idē Cancellarius præſidet, relatum, per eorum approbatione firmatum eſt. Quorum prudentiſsimorum iudicium ſequuti, nos illud itidem approbamus, decernentes ex authoritate noſtra, vt Statuta, quæ in ipſo volumine continentur, per Vicarium, & Duodecim Prouiſionum Mediolani, ſ[illegible]edantur, & publicentur, necnon pro Statutis, & legibus Mediolani obſeruentur ab omnibus inuiolabiliter, quia ſic fieri volumus, & iubemus, gr[illegible] ſi[illegible]us ſemper noſtra, & Senatus noſtri authoritate. Dat. Mediolani die 23. Aprilis 1502. & regni noſtri 5. Per Regem Ducem Mediolani, ad relationem Conſilij. Signata Iulius. & Cum ſigillo Regio.

SVMMARIVM.

1 Francorum Regis iura, & priuilegia.
2 Francorum Rex in ſuo regno eſt Imperator.
3 Francorum Rex in temporalibus alium ſuperiorem non recognoſcit.
4 Francorum Rex non aſtringitur legibus Imperialibus.
5 Francorum Rex non eſt alter Imperator.
6 Francorum regnum à tyrannide incepit, licet hodie ſit legitimum.
7 Francorum Rex vngitur oleo cœlitus demiſſo.
8 Francorum Rex quoſdam morbos poteſtate à Deo accepta ſanat.
9 Franciæ Rex vniuerſitatis auctor fuit.
10 Franciæ Rex eſt Canonicus in multis eccleſiis regni ſui.
11 Franciæ Rex habet priuilegium nominandi certum numerum perſonarum in ſuis eccleſiis.
12 Franciæ Rex Decanatum Aduganenſem, & quibuſdam caſibus præbendas confert.
13 Franciæ Rex curauit interuenire, & aliquando (ſed fruſtra) interuenit electioni cuiuſdam Imperatoris, & 14.
15 Franciæ Rex poteſt Imperator eligi.
16 Franciæ Rex qualiter cum Imperatore procedat.
17 Franciæ Rex per vaſallos non acquirit poteſtatem in temporalibus.
18 Franciæ Rex iura Regni in Eccleſiam transferre non poteſt.
19 Regis poteſtas, & priuilegia.
20 Regnum eſſe.
21 Rex cur ita nominetur.
22 Regis ethymologia.
23 Rex non coronatus quando poſſit dici Rex.
24 Regna per ſucceſsionem transferuntur.
25 Imperium per electionem datur.
26 Rex hæreditarius non ſubijcitur ſuo coronationi.
27 Rex ſuccedens ſtat infeudationi prædeceſſoris.
28 Rex vt fundamentum dicitur.
29 Rex primus quis, & à quo electus.
30 Rex eſt Pontifice inferior.
31 Rex, ſecundum quid, eſt Pontifice ſuperior.
32 Rex habet eſt monarcha.
33 Rex plus poteſt in regno, quam Imperator in imperio.
34 Reges qui modo dicantur Imperatores in regno.
35 Reges infideles qui.
36 Regnum mundi eſt Chriſtiani, alij ethnici.
37 Reges Chriſtiani qui.
38 Reges à Deo poteſtatem acceperunt.
39 Reges ab Imperatore poteſtatem acceperunt.
40 Reges Imperatori ſubſunt, nec inde eximere ſe poſſunt, & 41.
42 Reges Imperio ſubiecti.
43 Reges Imperio non ſubiecti.